



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 22.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

sus Christus ad passionē venerat, dixit Chlodoueus, Siego ibidem cū Francis meis fuisse, eius iniuriā vindicasse. Iam fidem his verbis ostendens, Christianū se virum affirmat.

**H**udegisilus \* frater Gundobadi solatium per legatos Chlodoueuū postulans. Cum eū comperisset fortissimū in praelijs; promittens, si eijceret Gundobadū cum suo subsidio, à regno tributū Chlodoueo solueret Gundobadus ignorans dolum fratris Godegisili, ad eum misit, dicens, veni ut resistamus Francis vnanimiter; vt q̄ aliegentes passā sunt, non perferamus nos. At ille, Vadam, inquit, & prebeam tibi auxilium. Chlodoueus cū Francis aduersus hos duos reges castro Diuionensi Campaniam direxit ad praelium. Godegisilus Chlodoueo coniungitur, ac vterq; exercitus Gundobadi populum atterit. At ille dolum fratris cognoscens terga vertit, & Rodani ripam percurrens, Auenionem urbem ingreditur. Godegisilus obtēta victoria, promissa Clodoueo ex parte implens, \* Auenionemq; triumphans Chlodoueus rex post Gundobadū dirigit, q̄ eū de ciuitate extrahere possēt.

Caput 22.  
al. à Gundobado f. p. l. contra Chlodoueuū postulans Vide Greg. lih. 7. de gest. Franc. cap. 23. Aimo. in. lib. 7. cap. 19

al. Vicinamque

**A** Redius prudentissimus vir cum Gundobado intra castra sedens, ad Gundobadum ait, Oportet te lenire huius hominis feritatem. Ego me simulabo à te fugere; ad eum transibo, vt faciam quod neque tibi neque huic noceat regioni. Quodcunq; tibi meum iniunxerit consilium faciendum promitte, donec causam tuam Dominus prosperet. Aredius valedicens ad Clodoueuū perrexit dicens, Illum perfidum Gundobadū relinquens, tuę glorię me offero. Benigniter à Clodoueo recipitur. Eratq; iocundus in fabulis, strenuus in cōsilijs, iustus in iudicio, & in commissionib⁹ fidelis. Dixit ad Clodou. Tua est hęc regio; quare eā vastare permittis? Iube Gundobadū tibi tributa soluere, & ipsi & regioni dominaberis. Quod si noluerit, perfice q̄ cepisti. Hęc iniūcta Gund; à Clod: Gūdobad⁹ implere p̄misit. Clod: redijt in

Caput 23.

Rrrr 2 • Fran-